

**www.e-rara.ch**

**Harmonia confessionum fidei, orthodoxarum, et reformatarum  
ecclesiarum, quae in praecipuis quibusque Europae regnis, nationibus, et  
provinciis, sacram euangelii doctrinam purè profitentur : Quarum ...**

**[Salvard, Jean François]**

**Genève, 1581**

**Bibliothèque de Genève**

Shelf Mark: Bc 22

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5857>

Catalogus

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



C A T A L O G V S  
C O N F E S S I O N V M E X

QVIBVS HÆC HARMONIA

*est concinnata iuxta seriem tem-*

*porum quo singula scri-*

*pta & edita*

*sunt.*

I.

**A**UGVSTANA, Anno 1530. CAROLO V. Imperatori,  
Ab illustrissimis aliquot Germaniæ Principibus aliisque sacri  
Imperij ordinibus (quos Protestantes vocant) Germanicè primùm  
Augustæ Vindelicorum exhibita. Deinde eo ipso anno cum præ-  
fatione, & subscriptione auctorum Latinè emendatior in quibus-  
dam articulis, V Vittembergæ edita, & publicata.

II.

**Q**UATVOR ciuitatum: eidem sacratissimo Imperatori Ca-  
rolo V. in iisdem comitiis Augustanis eodem anno per legatos  
ciuitatum Argentorati, Constantiæ, Memmingæ & Lindauia tum  
Germanicè, tū Latinè exhibita: quā vtrāq; nos in nōnullis articulis  
cōtulimus vt vnā ex altera auctiorem redditam lectores haberēt.  
Idcō autem in titulis eam Sueuicam nominauimus, quod quæ-

tuor illæ ciuitates à quibus oblata est, vicinæ Sueuiæ vulgo habeantur.

### III.

**BASILIE NSIS**, circiter annum 1532. Germanicè primum à Ministris Basiliensis Ecclesiæ conscripta, & ab Argentinensibus etiam Pastoribus cõmuni subscriptione approbata. Deinde rursus anno 1561. ab iisdem Basiliensibus & recognita & recepta. Postea etiam à Magistratu Mylhusiano priuato suo nomine Germanicè cum præfatione, tanquam eius Ecclesiæ propria, edita. Tandemque Latinitate donata. Quam nos veluti cæteris Helueticis antiquiorem, hic quoque adscribendam censuimus, & alicubi etiam Mylhusianam vocamus.

### IIII.

**HELVETICA** prior, Basileæ circa annum 1536. omnium Ecclesiarum Helueticarum nomine conscripta, & per DD. Bucerum & Capitonem ad VVitembergensem Theologorum conuentum missa, & exhibita: Annoque sequenti 1537. conuentui Smalcaldico vna cum ipsius declaratione rursus ab ipso Bucero proposita, & à toto illo conuentu, Theologis nimirum omnibus & ordinibus Protestantium, approbata, vti ipsius Lutheri literæ ad Helueticos testantur. Collata autem est & ipsa declaratio Latina, cum auctiore Germanica plerisque locis.

### V.

**SAXONICA**, Anno 1551. Ecclesiarum Saxonicarum nomine à D. Philippo Melanchthone Latinè conscripta, vt Synodo Tridentinæ exhiberetur: cui non modò Saxonica & Misnica Ecclesiæ: sed & pleræque aliæ, tanquam repetitæ Augustinæ, subscripserunt.

### VI.

**VVIRTEMBERGENSIS** ab Illustrissimo Principe  
ac Do-

ac Domino, D. Christophoro Duce VVirtembergensi & Teccensi, Comite Montisbelgardi per eius legatos die 24. mensis Januarij, Anno M.D.LII. congregationi Tridentini Concilii propofita.

VII.

GALLICA, Anno 1559. Ambrosiaci primum, Franciscò II. Galliarum regi, omnium piorum eius regni nomine: Deinde anno 1561. Possiaci Carolo IX. rursus Gallicè exhibitæ, & tandem etiam à Pastoribus Gallicarum Ecclesiarum cum præfatione ad reliquos omnes Evangelicos Pastores Latine emissa, Anno 1566.

VIII.

ANGLICA, Apologia generali anno 1562. Anglicarum Ecclesiarum nomine conscriptæ, inserta.

IX.

HELVETICA posterior, à Tigurinjs Pastoribus anno 1566. conscripta, & nō modò à Tigurinjs ipsis, cōfcederatisq; Bernensibus, Scaphusianis, Sangallensibus, Rheticis, Mylhusianis & Biennensibus: sed & à Geneuensibus ac Sabaudicis omnibus, Polonicis, item & Hungaricis ac Scoticis Ecclesijs approbata, & subscripta.

X.

BELGICA, Gallicè omnium Belgicarum Ecclesiarum nomine anno 1566. edita, ac demum anno 1579. in publica Belgij Synodo repetita, & confirmata, Belgicèque versa. Nunc denique à nobis etiam Latine expressa.

XI.

BOHEMICA, postrema, ex quatuor prioribus longè antiquioribus, (quas propter prolixitatem in hanc Harmoniam non duximus inserēdas) eodem capitum & rerum ordine repetita, pau-

Yoque dilucidius expressa, & anno 1573. variis in locis edita: ab Aca-  
demia etiam VVitembergenfi publico testimonio approbata, fi-  
cut & D. Lutherus & Melancthon priorem, cum hac prorsus in  
doctrina eandem, anno 1532. editam approbarant: vt Lutheri  
præfatio testatur. Eam verò alicubi VValdensium con-  
fessionem, vulgatam harum Ecclesiarum no-  
minationem secuti vocauimus: quod  
nullo fratrum illorum præ-  
iudicio, dictum ve-  
rimus.

AD

